

medicus animæ , non corpori (ut fieri solet) quærendus esset , neque animas optimè constitutas habentes adeo citò morentur.

12. Contra videmus , animas crassas & vitiosas possidentes melius valere , diutiùs vivere , cùm sapientissimi atque optimi hominum præmatura morte non raro nobis eripiantur & plerumque cum morbis , qui mortis anteambulones sunt , conflentur.

13. Si mors hominis *animæ voluntate* accideret , etiam non corrupto corpore , possemus pro lubitu mori , quod falsum & absurdum esse constat.

14. Ut Creator priùs exornavit mundum , quàm hominem incolam introduceret , uti domus priùs ædificatur , quàm eam aliquis inhabitet : ita corpus humanum in utero matris paratur , antequam Deus animam infundat .

15. Hospitio ac domicilio suo anima humana tam est affixa , ut difficulter admodum illud deserat , & quàm diu partes ejus principales sartæ tectæ manent , licet minùs principales corrumpantur , constanter illud incolit , amat & curat .

EXERC